

RÖPL.  
209

~~1530 - 40~~

<sup>2</sup>  
209.

1546 - 49.

V. ö. Denis 655. l.

"Heredes Singsenij" eset 1546 ad. van.

1749  
1723  
quarto. heech

QVERELA PAN<sup>5</sup>

NONIAE AD

GERMANI<sup>5</sup>

AM



SEBASTIANO SOLIDO

GVNTIANO AVTORE.



Vienna Austria excudebant  
Heredes Syngrenij



IACOBVS CRELLIVS MISNENSIS  
Sebastiano Solido suo.

Πᾶσ τις δυσυχίμῃ τῆμ ᾤ σὲ δυσκαταπαύα,  
 μέζον ἴσθ' ἑτέρω μὴ δοκέων τὸ κακόν.  
 ὧσ ἐν πανονίᾳ τούρκων γένος ὀμβριθύμωμ  
 πλὴν λοιπῶμ ποιῆ τοῖσ μέρ ἔσσιν ἐκῆ.  
 ὄυνεκά σοι σολιδ' ἐνυμ παύροις ἄσσια κῆτῶα  
 ἐμ κρᾶσῆ ὡσπερ παύροις ἔσσα σέδερ.  
 ἔύννασ ὡσπερ ἔχωμ κοινόμ καὶ κίνδυνον ἀλγῆσ,  
 εἰς τὲ σέθεμ κεφαλήμ κοινὰ ῥέσσι κακὰ.  
 ἢ σοργῆ τίκτα κελὶ νῦμ σοὶ κῆδεα πολλά,  
 ὧσ πρῆπομ ἢμ πᾶσι χριστιανοῖσι φίλωσ.

MAGNIFICO AC

INCLYTO HEROI, IOAN. IACOBO  
 FVGGERO, DOMINO IN KIRCH  
 PERG, ET VVEISSEN,  
 HORN, DOMINO SVO,  
 SEBASTIANVS  
 SOLIDVS  
 GVNTIANVS.

**N**Unquid ut exilem relegis Vir clare Thalēam,  
 Siue alio missum carmen ab orbe premis?  
 Lucrifico carmen deductum more, nec aptum  
 Herois tantum limen adire Viri.  
 Vel quia te retinent immensa negotia curis,  
 Qualia multa domi pascis, & ampla foris.  
 Temporis ut tantum raro spatiumue supersit,  
 Ingenuas studijs excoluisse Deas.  
 Vel quia non par est exilia mittere magnis,  
 Nempe acre ingenium nil nisi magna probat.  
 Quicquid id est confido tamen, uir maxime, sumes,  
 Ac aliquem inueniet parua Camana locum.  
 Præcipue quando cantet te fama per artēs  
 Præ reliquis pectus sic coluisse tuum.  
 Ut si quando uoles, studijs mens larga nequiret  
 Sumere difficili supplicis aure preces.  
 Et si non parua est, ut & est, clementia uirtus,  
 Hac nobis merito laude placere soles.

Ergo

Ergo meas ultra dubitem proferre querelas?  
 Solus huic damno, quo medearis, habes.  
 Hic magnos imitare Deos, nam maximus horum  
 Cultor es, Herois nomen & inde geris.  
 Non illos adeò taurus, quàm uilia placant  
 Thura, & sæpe leues accipit ara preces.  
 Inde fit, ut tam sit non diues rusticus illis  
 Gratus, quàm multo thure Sabæus Arabs.  
 Hanc superum mentem referunt sceptrâ inclita Regum,  
 Quippe etiam possunt reddere, quæq; uolunt.  
 Regia res planè est adflictos posse iuuare,  
 Velle iuuare tamen plus pietatis habet.  
 Tum declaratur mirè præstantia mentis,  
 Cum uacat ad dandum semper aperta manus.  
 Aures si faciles, si scrinia laxa patefcunt,  
 Multaq; non surdas turba stat ante fores.  
 Hæc quoq; turba tuam cum confluat omnis in aulam,  
 Non dubito, accipies quin pia uota mea.  
 Hæc etenim adpèrtè domini testatur amorem,  
 Et quali in miseros sis bonitate, docet.  
 Parce modo iuueni, si quid temerarius ausim  
 Dicere, & in lachrymas ingeniosus ero.  
 Tristis ab exilio mecum produco Camænas,  
 Tradoq; tutelæ meq; measq; tuæ.  
 Et gemo præsentis discrimina maxima uitæ,  
 Quæ patitur miseris Pannonis ora modis.  
 Hui hui quàm latè tam mœsta exordia ducis,  
 Quàm procul hos luctus ambitiosus agis?  
 Sic aliquis dicet: Sed non sunt ambitiosa,  
 Quæ luctus in se tristitiâmq; tegunt.

Dum

Dum deploro etenim misera appenata sortis,  
 Disce, quod hæc patior, quod miser ipse premor.  
 Quæq; piæ Musas tristis fortuna fatigat,  
 Hæc animum clades opprimit atra meum.  
 Altius hæc repetam, modo ne auersare Poëtam,  
 Nec subeant animo tædia iusta tuo.  
 Cum primum peregrè Musis comitatus iniquis  
 Deceffi, patrios deseruiq; lares.  
 Non bene notus eram, quamuis tunc temporis illis  
 Musis, sed tacitè quas ueneratus eram.  
 Tempore creuit amor, crescunt quo cætera, nec dum  
 Sensi, quod tantus noxius esset amor.  
 Austriacam claris munitam mœnibus urbem  
 Veni per dubium non benè tutus iter.  
 Cui Schola tam celebris, cui nomen dulce Vienna  
 Ignotum est, doctis clara Vienna uiris?  
 Vrbs ô nunc fragilis, sed fœlicissima quondam,  
 Cum à Mahometæo fulmine tota stetit.  
 Hic ego Pieridas non iusta sorte Camænas  
 Sector, & ambages magne Galene tuas.  
 Quid? cum Mars rabidus passim crepet ore cruento,  
 Quis putet hic studijs mitibus esse locum?  
 Tanta igitur, positus sub tempestate Camænis,  
 Non semel in curas mens fuit apta graues.  
 Ingenuas fleui properato carmine Musas,  
 Ingemuit casus Pallas & ipsa suos.  
 Nec tamen est ullus, has qui dignetur amore,  
 Aut quo deberet, nomine ferret opem.  
 Donec ad extremos uenit Dea docta dolores,  
 Ad morbum medicas adplicuitq; manus,

A iij Illa

*... prima contrans manet omnibus horis,*  
 Nec fuit Aonidum charior ulla mihi.  
 Senferat hæc alias immersas esse dolore,  
 Et consternatum me nimis esse quoq.  
 SIC AIT: Ex astris didici, quòd semper in anno  
 Lucent instabiles progrediente dies.  
 Iam tristem mutat coniunctio fausta Trigònum,  
 Et cœli facies iam mihi tota placet.  
 Nunc grauis hyberno contristat frigore cœlum  
 Falcifer, & multo membra dolore grauat.  
 Iam Mars præpollet rutilanti ferreus igne,  
 Diraq; commotis induit arma uiris.  
 Iuppiter interdum, sed rarò fulget amicus,  
 Sæpe Venus curas tristitiæq; fugat.  
 Forsitan hic studijs nostris dominatur acerbis  
 Mars, forsan Musas durior ille premit.  
 Si nunc perpetuò luctus effundere tristes  
 Cogimur, & lacrymis uersus ut usq; fluat.  
 Elige materiam, quam dicam hoc tempore moestam,  
 Inq; tuo Mauors carmine totus eat.  
 Excipe uel properis manantia uerba lituris,  
 Quæ miseris fundit Pannonis ora genis.  
 Quæ dudum Mahometæo uexata furore,  
 Tota ferè tandem uiribus hausta cadit.  
 Nec te commoueat, nihil hic quod luctus & ira,  
 Proficiant, memorem te decet esse tui.  
 Nec torpere situ, sacrasq; relinquere Musas,  
 Nunc quando uates præmia nulla manent.  
 Commuta cœlum, forsan mutabitur & sors,  
 Non procul ingenijs Iuppiter æquus erit.

Cur non quàm primum malefida excedis ab ora,  
 Et repetis patrij climata grata poli?  
 Hic erit hic aliquis Deus, & communibus ille  
 Fortunis placidus (credite) portus erit.  
 Ille locum reddet studijs, requiemq; labori,  
 Tantus inest illi candor & alma fides.  
 Fronte grauis pietas, & magna modestia lucet,  
 Solus amat doctos, pacificamq; togam.  
 Eximijs paucos superat uirtutibus annos,  
 Inter & æquales creditur esse senex.  
 De magnis rebus potuit conferre peritus  
 His cum, doctrinæ qui meruere gradus.  
 Cæsaris hinc igitur meruit tantum ille fauorem,  
 Cui sit ab arcanis, consilio, atq; fide.  
 Ergo age rumpe moram, iuuenis non dire Camænis,  
 Dum tibi non adeò uena maligna fluit.  
 Inclytæ quis nescit FVGGERI fata Suëui,  
 Quem latet Herois nomen & huius opes?  
 Cuius fama superq; Getas, septemq; trionem  
 Transit, & est nitidi notior axe poli.  
 Et si quid terræ sub Phœbi lampade fulget,  
 Illius notum nobile nomen habet.  
 Huius honorati nitidas Herois ad ædes  
 Accede adproperans, nos comitesq; trabe.  
 Ille tuæ causæ non irascetur, & aures  
 Præbebit faciles, si qua profatus eris.  
 Quæ uerum Heroëm faciunt nunc, nomine nostræ  
 Accepit, nec cur deneget istud, erit.  
 Ergo sciet, ueluti sciuit, succurrere Musis,  
 Nec partes aliquas reddere tardus erit.

Maior inest illi capiti prudentia rerum,  
 Quam nos ut solita fraudet auarus ope.  
 Vatibus ingenuis semper cumulauit honores,  
 Pro lauro ac bederis, aurea ferta dedit.  
 Nec bene, mutari possit quod gratia tanta,  
 Credam, nam melior gratia corde latet.  
 Non caussa, ut mos est, uulgari ad dona mouetur,  
 A uirtute suum semen hic ardor habet.  
 Omnibus excellit uirtutibus, ergo uicissim  
 Virtutem pretium gaudet habere suum.  
 Sic ait: & tenues euanida cecidit ad auras,  
 Tot decora extollens nominis alta tui.  
 Suscipe nunc igitur uenientes fronte Camanas  
 Non tristi, sed spe praesidijsq; bea.  
 Crede mihi non est culius praestantior aris,  
 Quam sanctas artes arte iuuare tua.  
 Hoc solum officium sanctiq; Deusq; requirit,  
 A quo tam grandes accumulatur opes.  
 Forsitan hic nummos, fuluumq; potentibus aurum,  
 Amplaq; Principibus regna, uirosq; dedit.  
 Ut fulcire scholas, doctosq; creare subinde  
 Possint, & Musas quo tueantur, habent.  
 Fortibus Imperij laus his stat iuxta columnis,  
 Hinc uires retinent incluta templa suas.  
 Sed quasi non facias, non haec, uir maxime, dico:  
 Sed nunc hic facias, quod facis ante, rogo.  
 Sic tibi tranquillam dent mitia numina pacem,  
 Serò oculos claudat blanda senecta tuos.

Querela

# QVERELA PAN

NONIAE AD GERMANIAM,

Sebastiano Solido Guntiano

Autore.

**D**Ecantent alij Germanas bella per oras,  
 Herooq; crepent Martia facta pede.  
 Quorum corda tument Phœbao plena calore,  
 Surgit & in cantus Musa canora grauis.  
 Fundere nos tenues Elegos fortuna nouercans,  
 Ac rudis ingenij conscia culpa, iubent.  
 Pieris heu Phœbo nobis est orta sinistro,  
 Inq; graues luctus impetuosa nimis.  
 Non etenim raro uastis agitata procellis,  
 Expressit casus flebilis ipsa suos.  
 Hinc lapidem uoluens, quem uoluere fata uolebant,  
 Materiam flendi quinq; sequuta fuit.  
 Vndiq; lugubri fleuit circumdata lauro,  
 Musarum miseris temporis huius opes.  
 Fleuit & Heroum multorum carmine Manes,  
 Est quorum testis publica fama mihi.  
 Nunc quoniam finis contingat nulla querelis,  
 Nostra ferant casus tempora & usq; nouos.  
 Nec Tartesiacas unquam Sol uergat ad undas,  
 Quin aliquid portet nuncia fama noui.  
 Ad solitas redijt rursum mens nostra querelas,  
 Muneris & soliti sueta Thalia monet.

B Hinc

Hinc mecum capi uarios euoluere casus,  
 Quās nunc indignè Teutonīs ora scatet.  
 Nunc Fidei facies sacra contempta subibat,  
 Iam: sit Pieridum quanta ruina scholis.  
 Mox uerò incideram, quibus hoc se tempore Reges  
 Conficiunt miris, in fera Bella, modis.  
 Deniq; uersabam Geticum non rarò Tyrannum,  
 Qui nunc Pannonias accola potat aquas.  
 Prob dolor, & nostras passim grassatur in oras:  
 Heu nimium, heu miseris proximus Austriacis.  
 Tales densabam sub tristi pectore curas,  
 Pondere quæ mentem penè tulere meam.  
 Nunc eo, nunc redeo, quærens loca commoda nobis,  
 Quās possem hæc iustis exeruisse modis.  
 Hinc me sic animo pressum conferre uolebam,  
 Quæ ludunt Dryades, Nereidesq; Dea.  
 Tædia & hic saltem fidibus releuare canoris,  
 Quas elegis leuibus Naso Poëta ferit.  
 Horrida sed mediæ canebant tempora Brumæ,  
 Creta gelu tellus, cretus & amnis erat.  
 Non placet ad tantas multum spaciariet undas.  
 Et cantu assiduo sollicitare Deas.  
 Exieram tamen, & lustrans uineta per agros:  
 Mox mecum tacito talia uerba dedi.  
 Heu quoties has ruris opes, hæc dona Lyæi,  
 Hostis atrox rapidis est populatus equis?  
 Quam miserè quoties una cum gente Tyrannus  
 Tamq; truci necuit ditia regna manu?  
 Ab quoties iuuenesq; uiros, castasq; puellas,  
 Secum ex his rapuit gens truculenta plagis?

Heu

Heu quàm templa, focos, aras, sacraria & ades,  
 Disiecit miseris, tam furit, illa modis?  
 Arma nec interea capiunt ultricia Reges,  
 Est quorum, diri pellere Martis opus.  
 Quam nunc esse uelim Linus, & Terpander & Orpheus,  
 Vel Thabis muros quem fabricasse ferunt.  
 Non ut saxa, feras, ornos, uel flumina, cautes,  
 Frigida sed possem corda mouere Ducum.  
 Quò tandem inciperent bello constringere Turcas,  
 Quorum Pannoniam fulmina cæde replent.  
 Depositisq; simul iam nunc ciuilibus armis,  
 Pro patria gererent bella salute sua.  
 Hæc ubi sum tenues tristis conquestus ad auras,  
 Iamq; petiturus moenia rursus eram.  
 En quadam tenui sese subnixa bacillo  
 Fœmina funebri uenit amicta sago.  
 Tota gemens, tristis, macilenta, & squalida membris,  
 Ac uelut in foueas lumine pressa suo.  
 Constitit; & tandem sic post suspiria longa,  
 Difficili & rauco est gutture uisa loqui.  
 Fœmina quæ poterit uel cunctis uiuere terris,  
 Ac ego quæ iaceo pondere pressa magis?  
 Quæq; malis tantis passim iactetur iniquis,  
 Quam ferit hoc miserum fulmen & ira caput?  
 Si modo tercentum linguarum plectra darentur,  
 Cum linguis totidem forsitan & ora mihi.  
 Vix ego uel minimas possem proferre querelas,  
 Quæ frangunt miris meq; meosq; modis.  
 Quò me nunc uertam? Quid agam sum nescia, tam sunt  
 Membra mihi prorsus uiribus hausta suis.

B

ij

Quo

Quæ mala, quæ tantæ discrimina sortis iniquæ,  
 Qui nunc hic tremulo guttore sola querar?  
 Hæc an uerba graui rursus producta susurro  
 Irrita nunc etiam uentus & aura ferent?  
 Ecquis adest tandem nostri studiosus, ut illos  
 Excipiat questus, condoleatq; mihi?  
 Qui me uel quodam consolaretur amore,  
 Hoc & consilij tempore ferret opem.  
 En Iuuenis studiose mei, studiose Camænîs,  
 Pannonicus gelidis quas fouet Ister aquis.  
 Quàm promptè nostris, uenîs en quàm ritè querelîs.  
 Quàm facili duxit te uia certa pede.  
 Te nostræ dudum suspirauère medullæ:  
 Aut si quem res hæc tangat amore mei.  
 Qui mea susciperet uel crassîs uerba Camænîs,  
 Illaq; deferret Regibus inde meis.  
 Sed tu nunc horum, gelidum quæ persono ad Istrum,  
 Testis eris, calamo concipiesq; tuo.  
 Illa ego sum genitrix magnorum maxima regum,  
 Sceptra quibus mundi Martia Roma dedit.  
 Si sobolem reputas, suberit tibi Cæsar uterq;  
 Fridricus proauus, Maxmilianus auus.  
 Hinc etiam nostræ uenit de gente Philippus,  
 Inclytus Hesperia Rexq; paterq; plaga.  
 Carolus unde uenit, Rex Ferdinandus & unde,  
 Vrbs quibus Imperium nunc Tyberina dedit.  
 Si retrò numeres Ernestum ritè uidebis,  
 Moxq; etiam Albertus Cæsar aultus erit.  
 Et tu Diue simul primis Leopoldæ Camænîs,  
 Et maiore lyra concelebrande mihi.

De nostro uenîs amplexu, nunc sede receptus  
 Aetherea, casus ingemîs ipse meos.  
 Quid multis? quo sim forsan nunc stemmate nosit?  
 Me mea Pannoniam nomine turba uocat.  
 Produxi Heroas multos, Comitesq; Ducesq;  
 Quos laude æterna sæcula cuncta canent.  
 Ne moueare tamen, cum sim de lumine tanto,  
 Quid tam nunc rigeat forma stupenda mihi.  
 Quid tam mæsta siem, tam sordida, tamq; cruenta,  
 Deniq; tam membrîs squalida, trunca meis.  
 Iam siquidem misere multis agitata diebus,  
 Non nisi cum lachrymis sum satiata meis.  
 Nil hausi proprium præter lacerata cruorem,  
 Vt iam tota ferè utribus ipsa cadam.  
 Hostis at ille meos qui tam crudeliter artus  
 Dilacerat, stygijs prodijt ortus aquis.  
 Nomen Othomannus Turcarum sanguine primus,  
 A quo descendunt, barbara turba, Getæ.  
 Illorum facies quæ sit, quis & usus in armis,  
 Quàm quoq; sint diro corpore, fortè rogas.  
 Fulget apex albo capitis subtegmine cinctus,  
 Intertexta uelut tela cruore rubens.  
 Hirta micat mento spinosior Histrice barba,  
 Occiput inuolitans, labraq; summa tegens.  
 Ex lauo clypeus dependet ligneus armo,  
 Præfixaq; hastam cuspide dextra gerit.  
 Horrendum tegitur mirè latus ense recuruo,  
 Cætera lorica membra sepulta latent.  
 Ast humeris pharetram, flexum suspendit & arcum,  
 Cui scutum desit, longa nec hasta placet.

Tam celer incuruo uibrare hastilia ferro,  
 Quam uel uix habilis Pandarus ipse fuit.  
 Aequè præcipites mittit post terga sagittas,  
 Opposito quam si congregeretur equo.  
 Quem sic in gyrum, dictu mirabile, flectit,  
 Colligat ut puncto temporis inde gradum.  
 Siue lubet tandem campo transcurrere plano,  
 Ut uolucris neruo missa sagitta uolat.  
 Ipse sed in medio Turcarum maximus Heros  
 Ordine se uibrat toruus, & alta tuens.  
 Hunc metuunt omnes, hunc plebs ceu numen adorat,  
 Ac immota huius pendet ab ore Ducis.  
 Pectora cunctorum trahit in sua uota uirorum,  
 Pronus & in nutum est sexus uterq; suum.  
 Hunc penes est uita, necis & postrema potestas,  
 Hic sceptrum imperij regia solus habet.  
 Vix putat esse Deum præ se qui temperet orbem,  
 Rectorem in terris nec superesse parem.  
 Præterea electos iuuenes educit ad arma,  
 Cognita qui duri prelia Martis habent.  
 Hij patriæ frameas solito de more gerentes,  
 Plus certò torquent sticula, tela, pilas.  
 Est tolerans belli miles, patiensq; laboris,  
 Semper & infracta mente, metuq; carens.  
 Non hunc lauticies tangit selecta ciborum,  
 Huic Ceres atra famem sedat, & unda sitim.  
 His solet instructus heu nos inuadere turmis,  
 Victor & horrendis enecuisse modis.  
 Scimus enim, ac utinam non ut sciremus, abacti  
 Temporis infandum Martis & hostis opus.

Quo

Quo nos, horrendum, nostras lacerauit & oras,  
 Pressit & ignitis mœnia multa globis.  
 Christidos innocuo madefecit sanguine terras,  
 Perfundens rubeis mœsta fluenta uadis.  
 Nouimus, ab utinam non ut sciremus, ab hoste  
 Proditæ tot rapidis oppida clara rogis.  
 Perdita tot uarijs florentia iugera campis,  
 Perpetuo quæ sint arida facta solo.  
 Vineæ promissos non reddit plurima botros,  
 Trunca iacet quondam fertilis arbor humi.  
 Deniq; sauitiam senserunt cuncta Tyranni,  
 Ac obitum innocua clade obire suum.  
 Heu mihi, nunc etiam tantæ formidine stragis  
 Mens pauet, atq; metu contremittit ipsa sui.  
 Nouimus, ab utinam non ut sciremus, ab hoste  
 Condita tot miseris damna stupenda modis.  
 Tot fossos homines Getico crudeliter ense,  
 Ac nimis horrenda decubuisse manu.  
 Quam multos medio sectos, syluisq; retractos,  
 Ut sint crudiuoris esca petita feris.  
 In terras alij uiuo sunt corpore fossi,  
 Suspensos alios flebilis aura tulit.  
 Complures alij manibus pedibusq; ligati,  
 Quadrupedum ritu deperiere fame.  
 Nouimus, ab utinam non ut sciremus, ab hoste  
 Condita tot miseris damna stupenda modis.  
 Non satis obtruncasse fuit matresq; nurusq;  
 Ac uno geminam corpore ferre necem.  
 Ast utero placuit teneros excindere fœtus,  
 Ad prædamq; auidis exposuisse feris.

Infantes

Infantes etiam figunt crudeliter hastis,  
 Illidunt lapidi, præcipitantq; solo.  
 Quinetiam palis alios per guttura fixos  
 Matris in obtutu sic uoluere mori.  
 Hinc alios tanquam lepores, post terga caballi,  
 Demissos miserè parte ab utraq; caput,  
 Veloci cursu per compita lata uiarum  
 Actos, horrendis enecuerè modis.  
 Nouimus, ah utinam non ut sciremus, ab hoste  
 Proditæ tot rapidis damna stupenda Getis.  
 Exanimis multus iacet ante sacella Colonus,  
 Et maculat summi sanguine templa Dei.  
 Pars etiam passim casorum fusa per agros,  
 Per loca, perq; uias, sparsa putrescit aquis.  
 Omnibus inq; locis prostrantur & omnibus aruis,  
 Et fugiens trepidum uulgus ubiq; cadit.  
 Heu quod non cladis genus hic uidisse licebat,  
 Proh quæ non facies dira gementis erat?  
 Num mihi uita potest hic delectabilis esse,  
 Dum res tam miseras conspicio ipsa meas?  
 Dum rapidis uideo uastata tot oppida Turcis,  
 Exæquata solo Templa tot alta Dei?  
 Iugera fœcundos tot desolata per agros,  
 Tot uulsas uites consite Bacche tuas?  
 Tot, proh, infando uitiatas more puellas,  
 Tot Getica raptas impietate nurus?  
 Dum tacitè mecum considero stupra, rapinas,  
 Cædes, insultus, iurgia, probra, neces.  
 Neglectos Diuos, prostrigatasq; Camanas,  
 Sanguinem & effusum corporis inde mei.

Præterea

Præterea ferrum, bombardas, fulmina, flammæ,  
 Quæ sint structuras depopulata meas.  
 Nunc igitur Cadmæa suas gens desinat arces  
 Deslere, & rapidis mœnia sumpta rogis.  
 Cecropis & sistat patrios lugere penates,  
 Accola nec Spartas ingemat ipse suos.  
 Nec Babylon doleat turrim cecidisse potentem,  
 Et taceat Pharium regia Memphis opus.  
 Virgilius nobis tundat non amplius aures,  
 Excidium lugens Troia uetusta tuum.  
 Illorum siquidem discrimina plana fuerunt,  
 Vna cumq; ipsis interière die.  
 Sed mihi quotidie crudescunt uulnera, finem  
 Heu non ulla dies anxietatis habet.  
 Nunc ubi sunt igitur mihi tot, gens mœsta Tragœdi,  
 Aeschylus, Euripides, conditor Iliados?  
 Iob, Sophocles, Hiëremias, ueteresq; Prophetæ,  
 Cur omnes ad me non properanter eunt?  
 ipsa etenim miserè tot crebris fracta querelis,  
 Tot lachrymis pectus discruciatæ meum.  
 Amplam lugendi, si desit forsitan, illis  
 Materiem, & latum suppeditabo salum.  
 Non igitur Delphin uastis modo lugeat undis,  
 Nec fleat Ismarium Dauleas ales Ithym.  
 Nunc mihi concedat luctu Philomela sonoro,  
 Et lachrymas uacuis uincat Hirundo iugis.  
 Nec mecum Niobe contendat feruida flendo,  
 Cissæis gemitus deleat ipsa suos.  
 Et Phæontiadæ mihi nunc lamenta relinquunt,  
 Halcyone questus mittat & ipsa graues.

C Nam

Nam satis his tumido maduerunt lumina fletu,  
 Pignus ob amissum languida quæq; suum.  
 Desistant igitur nunc, aut mea fata gemiscant,  
 Aut me continuis fletibus usq; iuuent.  
 Hactenus indomitos quæ sim perpessa dolores,  
 Et tot contiguis tota relicta plagis.  
 Quas merito, quondam ceu propugnacula nostræ,  
 Iam modo flebiliter membra soluta gemo.  
 Proh ubi nunc Hadrianopolis, ubi Candida Græca,  
 Proh ubi Callipolis, proh ubi Phyllipolis?  
 Thracibus heu domitis, pelagus tulit hostis & Helles.  
 Claraq; Bizanti mœnia uictor habet.  
 Oppida Phœnicum uirides uastauit & agros,  
 Quæq; tenet Baccho florida rura Thabor.  
 Innocuo tumidum cumulauit sanguine Nilum,  
 Ac te Carpathio marmore cincta Rhodos.  
 Nuper in Vngariam sæuit, Budaq; potitus,  
 Me nunc Marte suo uincere posse putat.  
 Heu furijs incensa feror per saxa, per undas,  
 Deficiunt sensus præq; dolore mihi.  
 Qui me flebilius uitam traduxerit unquam,  
 Non hic mundus habet, nec stygis unda tenet.  
 Nam si flammigero depascitur ore Prometheus,  
 Torqueturq; graui Tantalus ipse siti.  
 Quod si Iunonem tentare Ixionis ausi  
 Voluentur celeri corpora mœsta rota.  
 Si subigit saxum Aeolius, si fœdus in atro  
 Vulturias miserè pectore pascit aues.  
 Si cuncta illorum iungas tormenta, dolores  
 Non tamen hæc possunt exuperare meos.

Hactenus

Hactenus horribili quos sum perpessa Tyranno,  
 Quiq; mihi incumbunt tam magis atq; magis.  
 Alter in alterius dum sic ruit ora uicissim,  
 Et fodiunt Christi mutua tela gregem.  
 Hostibus hic iucunda ultrò spectacula præbent,  
 Et me Germanam dilacerare sinunt.  
 Quid, quæso, faciet quando gens effera cernit  
 Candentem rubea cum cruce bella geri?  
 Nam Christus contra Christos, & Christus utrisq;  
 Poscitur in castris, ut ferat unus opem.  
 Sancta Crucis fulgent acie signacula utraq;  
 Et uexilla notis quælibet apta crucis.  
 Sed fortasse crucem gestant, quòd sint cruce digni,  
 Ac illa nigros pascere uulturios.  
 Sic cruce funesta modo perdere nempe uolentes,  
 Seruasti saluos, quos cruce Christe tua.  
 Sed sint iusta Magistratus hæc bella supremi.  
 Utq; bonos seruet, puniat utq; malos.  
 Parcat subiectis, ut debelletq; superbos,  
 Quos nimium regni uana libido tenet.  
 Hæc tamen interea per bella domestica nobis  
 Disrumpi penitus uiscera nostra sinunt.  
 O hominum mores, o tempora plena tenebris,  
 O & belligero pectora nata Deo.  
 Inter caelestes seruantur fœdera sphaeras,  
 Mutua pax nutrit sidera, & astra, globos.  
 Lumina Sol niueæ communicat usq; sorori,  
 Inq; manent certis ipsa Elementa locis.  
 Quæq; suo uiuunt tranquillo Bruta tenore,  
 Dulcis in arboribus crescit, & ardet amor.

C ii

Denit

Deniq; & in cum t'is concordia mutua rebus  
 Est, quascunq; tenet machina tota poli.  
 Solus homo, ratione uigens, qui nomine Christum  
 Iactat, pacificum nescit habere modum.  
 Sed ueluti furijs actus per saxa, per undas,  
 Nil nisi bella sonat, nil nisi bella sirit.  
 Vendit in his proprium uili mercede cruorem,  
 Prostituens certis corpora certa rogis.  
 Si decus imperij sacras tutaret & aras,  
 Pro patrijs gereret bellaq; tanta focis:  
 Expellens nostris pharetratum finibus hostem.  
 Qui gestit sacram deposuisse fidem.  
 Iam non causa foret nostris formata querelis,  
 Sed uacuis essent irrita uota Notis.  
 Nunc quoniam nisi bella mouent ciuilia Reges.  
 Et gerat ex Ducibus pralia nemo fortis.  
 Et mea discerpi permittant uiscera, sauis  
 Nunc extincta Getis, qua mihi penè cadunt.  
 Quis mihi succenset, rabidos si dico dolores,  
 Et mea lugubribus fata gemisco genis?  
 Qualia funestis patior tot cladibus acta,  
 Inuasit nostras cum fera turba plagas.  
 Fœmina sum tristis, muliebrem defero luctum,  
 Qualem uix unquam plebs lachrymosa tulit.  
 Qui licet haud ullos moueat, tamen usq; iuuabit  
 Hæc mea rauicifono gutture damna queri.  
 Est etenim quoddam mentis solamen amara,  
 Curas uel uacuis exposuisse Notis.  
 Sed quid sollicito multis mea pectora uerbis,  
 Quid toties madidis lumina pulso genis?

Nondum tota iacet mea spes extincta, supersunt  
 Patria quos uirtus coget in arma Duces.  
 Quæ nunc internis Germania disidet armis,  
 Coniunget stabili fœdera pace domi.  
 Mox pugnans uera pro relligione Deorum,  
 Subuertet gentes impie Turca tuas.  
 Et me sanguineis tot cladibus adseret actam,  
 Subdita tum Getico regna Pelasga iugo.  
 Nondum nostra iacet nostris suffulta lacertis  
 Proles, qua floret non generosa magis.  
 CAROLVS augustus, Rex FERdinandus, eosdem  
 Imperij dominos uester & ortus, habent.  
 Hic feret armatos in pralia iusta Bohemos,  
 Bella ille Hesperio milite cinctus aget.  
 Ergo meas ponam tali spe fulta querelas:  
 Turca mihi posthac nec metuendus eris.  
 Dixerat, & sonitu tanto sua castra subibat:  
 CAROLE diue ueni, CAROLE diue ueni.  
 Hæc ego Pierios inter postremus alumnos  
 Deduxi breuibus lector amice modis.  
 Quæ si te moueant, est quo mihi munere plaudam:  
 Sin minus, exiguam non uiolato lyram.  
 Non mihi uesano turgescunt pectora fastu,  
 Quin mea simplicitatis ambitione caret.  
 Carmina qua dedimus patriæ testantia luctus,  
 Extorsit pietas, torsit & æquus amor.  
 Illo nunc relegas eadem, sic pondus habebunt,  
 Et grates dicet nostra Camena tibi.

τελος

IN GRATIAM  
AMPLISSIMI PRVDENTISSIMIQVE  
VIRI, DOMINI SEBASTIANI  
SCHRANCI, CONSVLIS  
*celeberrima Ciuitatis Vienna  
Austria,*

*Hanc Elegiam aduersus Christianorum  
hostem Turcam, Iacobus Crellius  
Mifnensis pangebatur.*

**Ε**υχή τις λιτανείας, προς τὸν παμμεδέοντα  
Θεὸν τῶ δυνάσι πᾶσι τοῖς ἡμῖν τῆν  
εἰρήνῃν κατὰ τὴν ἐλπίδα  
ἰδέ τὴν πίσιν  
ἡμῶν.

**Υ**ψίμετρον πάτορ, ἄχρονε, πρᾶυε, χ' ὑψιγένεθαι,  
πάντροφε τῶν ὄντων, ὃ ἀκίχῃτε θεός.  
λαοσόθ, φιλοπέυθνε, ἢ γαμίοχθ ἄιγλι,  
ὑψίπρθ, ζαθέθ, ῥίζα δικαιοσύνης.  
σθ ἢ ὁμόφρονοι σόματθ κραδίης δέομεοδα  
ὡς παρέχαμ ἡμῖν οὗε σέθεν ἀκροφανές.  
ἔσω ἄγνέ πάτορ χ' ἡμῖν θνητοῖσι βοκθός,  
οἱ μ' ὁμόφροτὸν σοι δίδομεν δ' κλέθ,  
τὴν ἱεράμ κεφαλῆν πρὸς θνητούς νυνὶ κινήσας  
ὡς βλαπέμεν κενὴν ἰδέ ταυτολόκαμον.

καί

καὶ σὸ ἀγχιπρὸν δειξας ἡμῖν τὸ πρόσωπον  
ὄε θνητούς ποιῆ ζάμενοι ἀθανάτοισ.  
σθ κραδίη πῆγ' ἀξέκινε ψυχασόον ἡτορ  
τῶ ὄνεσμ ἀένδῃα ἄμμι κακοπράγῃσι.  
ἡνὶ γὰρ ὡς πάντῃ ἡμᾶς νῦν κίνδυνθ ἔξῃ,  
ἰδέ ἐνὶ θεῷ θανάτω πᾶε βροτόεσι κακῶ.  
οὐτθ ἔχα ξίφος γ' ἔνθῃμ ταρατάνταρχῆθ,  
ἔνθα κατὰφρακτος, λοιμός ἐπ' ἔνθα λιμός.  
οὐτθ ἐμ ἀργαλέοισι κακοῖε πῦρ πυρὶ πέπομφῃμ.  
πλημμελέε πινυτῶν πᾶε πάνυ νυνὶ βροτῶν.  
ὃ θεός ἀενάθ τὴν ἡμῶν μάρωτε δίκσιμ  
εἰρήνῃν πέμφορ ταῖε ἐνὶ δυσυχίας.  
καὶ γρ' τις δίχα σθ τέρων γένθ ὁμεριοθύμωρ  
ἐκρίπτε τάδε νῦν ἀιματόεντα γένε;  
ὄε μ' χριστιανῶν δῆμωρ τὰ σέμματα πᾶθ  
ἀξήταε ποινᾶε ἔνθα κθλ' ἔνθα φονῆ.  
ἰδέ τὸν ἄλλομ ἢ ἔχθισομ τ' ἰδέ πανθρομ  
τιε δίχα σθ φεύξε ὃ πάτερ ἄγνέ θεός;  
ἡσασε ἔχα κόσμος τότῳ πλῆσομ μ' ἀριθμόρ  
οἱ πληγῶν λῶσιμ τοῖσι θεοῖο φίλοισ.  
σθὸ θεοπνεύσε γ' οὐδεῖε δίχαρήματθ ἔξῃ  
ὄυτιδανῆμ δύναμιν τ' ἢ τάδε ἢ τάδε δ' ἔξῃ.  
ὡσε σέθεν δός χρεῖε λόγῳ λαοσόε μῆνομ  
ὡε τρίφασ ἐχθροῦε, σθ ἢ φιλῶντα φιλέε.  
ὡε γινωσκόμενοι πίσιν χ' ἡμῖν μάλ' ἀλκῆθ  
ἰδέ μαθεῖμ σεδέμεμ παμμεδέοντα θεὸμ.



